

magno habent caput, referuntur ad stru-
 thio-camelum: qui omnium animalium
 caput fermè habet minutissimum, & cor-
 pus valde magnum, indeque & stolidissi-
 mum est animal. Ille, cui mediocre est
 caput, ad leonem refertur. Caput enim
 hic habet ad corpus proportionatum.
 De capite verò *μερικῶς* sive *partialiter*, &
 quidem *ratione cranii considerato*, docet:
 capillos multos caliditatis & humiditatis;
 paucos frigiditatis & siccitatis nimiae esse,
 signum: quum calor causa efficiens, hu-
 mor verò superfluous materia sit capillo-
 rum. Cæterum qui capillos in capite
 habent duros, fortes, rusticosos; qui mol-
 les habent, timidos; qui densos habent,
 fortes, rudes ac ferinos; qui erectos &
 albos habent, timidos; qui flavos habent,
 ingeniosos; qui valde rubros habent, do-
 losos, insidiosos, avaros, imprudentes;
 qui valde crispas habent, timidos; in ex-
 tremis verò tantum qui crispas ha-
 bent capillos, liberales & animosos esse,
 ille docet, referens id omne aut ad apros,
 gallos & canes venaticos; aut ad mulie-
 res; aut ad omnes feras, aut ad leones,